

Stephanus Galdeti

*Ex hoc quod gratuita Dei voluntas
cuiuslibet bonitatis regula et principium
secuuntur alicui, scilicet alicuius morales
difficultates in quolibetis possibles
tractari iuxta materiam Pelagii*

Editor: Florina Hariga

work in progress
16.07.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Ex hoc quod gratuita Dei voluntas cuiuslibet bonitatis regula et principium secuuntur alica, scilicet aliquae morales difficultates in quolibetis possibles tractari iuxta materiam PELAGII**

P1 84v

5 || Dubium an appetere honorem sit Deo placitum iustumque ac licitum. Videtur quod non, nam nec Christus sic appetiit: *ego, inquit, gloriam meam non quero, sed eius qui misit me Patris.*

P2 136v

10 Sed contra, quia Christus fuit magnanimus, igitur dignificavit se hominibus sibi debitis. Responderi potest quod, quamvis fuerit magnanimus, si et inquantum magnanimitas potest dici virtus tamen illius non habuit usum, nec uti illa voluit, ymo virtute eroica humilitatis excellentis et perfecte ut nobis humilitatis exemplariter demonstraret. Dicens illud: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.* Et in oratione Dominice in Ramis Palmum dicitur: “omnipotens sempiterne Deus
15 qui humano generi ad immitandum humilitatem exemplum Salvatoris nostram || carnem sumere et crucem subire fecisti” etc.

P2 137r

Hoc enim maxime indigebat genus humanum tempore adventus Christi errore PELAGII totaliter infectum, ut patet de Iudeis qui de hoc maxime reprehenduntur, scilicet de appetitu honoris, puta “primarum
20 catedrarum in synagogis accubituum in terris salvationum in foro”.

De gentilibus non est dubium, utebantur enim tali Pelagiaco argumento seu fundamento cuius maior talis “honor est premium virtutis”, ut inquit PHILOSOPHUS fautor in hac parte PELAGII et erroris complex, tunc hoc subhoc sumebant quod homo ex se potest esse
25 virtuosus et libere virtuose operari et dignificari honore et illum appetere et sic honorem precunctis bonis moralium appetebant.

Christus vero PAULUS et AUGUSTINUS ac tota Ecclesia Catholica a tempore condempnationis PELAGII opponente sic arguunt querentes in maiori cum PHILOSOPHO et PELAGIO in diffinitione honoris summando
30 sub quod tota bonitas operum nostrorum est ex mera gratia Dei. Iuxta illud: *fratres mei, nichil potestis facere*, et illud: *nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eum*, et item *cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite quia servi inutiles sumus*, et item APOSTOLUS *quid habet quod non accepistis quod ergo gloriaris* etc.

35 Propter quod concludebat APOSTOLUS *quod regi seculorum invisibili et immortalī soli Deo laus, honor et gloria*, et ideo *fratres qui gloriantur*

5 dubium] *in marg. P1* 12 exemplariter] *p. c. P1* 13 quia] *hu add. sed del. P1* 16 et] *currere add. sed del. P2* 22 cuius] *huius a. c. P1*
23 parte] *sup. lin. P1* 28 opponente] *sup. lin. P1* 29 in] *de a. c. P1*
30 mera] *lac. P2*

in Domino gloriantur, non enim qui seipsum commendat ille probatus est sed quem Deus commendat. Et item ut non gloriatur omnis caro, sed qui gloriatur in Domino gloriatur.

Ex hiis videtur sequi quod omnis appetens honorem proprium ulterius
 5 non referendo in divinum honorem, ut scilicet Deus in illo clarificetur
 peccat et difformiter agunt voluntati Dei, et legi eterne et legi evangelice
 et moraliter vadunt post PELAGIUM. Ulterius sequitur quod credentes
 sic esse appetendum speculative vadunt prius etc. Patet || ulterius quod
 10 prelati sectantes fastum mundialem et deserventem Christi humilitatem
 nisi aliud lateat, puta alica recta intentio extra non patet. Vadunt
 moraliter post PELAGIUM.

P2 137v

Patet ulterius idem de viris scolasticis querentibus honorem proprium
 et primitatem et excellentiam super alios. Contra quos fit tale
 argumentum, nam vel appetunt huius honorem pro actibus recte factis
 15 et pro studio exercito bene moraliter, et hoc non quia horum bonitas est
 a divina gratia et sunt hec dona Dei et sufficientia seu premia. Vel pro
 non rectis et tunc illis non honor, sed opprobrium, quia *peccator non
 est dignus pane quo vescitur* † impii. Eodem modo de prelati, quia vel
 debetur eis gradus pro virtuosa dispositione mentis fide et vita et hoc
 20 ut prius soli Deo attribuenda et sufficiens premium sui vel pro sapientia
 mundi que inimica est Deo et hoc non, ut patuit de primis prelati
 prime, capitulo primo.

Patet ulterius de religiosis qui bonis temporalibus ad vitam tamen
 in parte necessariis sapiente divitias et paupertates etc renuntiaverunt,
 25 quod si honores appetant qui nec in parte, nec in toto vite humane sunt
 necessarii appetant repugnanter sue professioni vadunt post PELAGIUM,
 sed nec ista, nec illi quamvis appareant, patet de beato THOMA
 CANTUARENSIS, ne vadunt prius PELAGIUM.

Quod appetitus honorum non sit licitus arguitur sic: actus in quem
 30 potest voluntas humana ex puris naturalibus absque speciali auxilio etc.,
 non est rectus. Sic est de appetitu honorum, experientia patet.

|| Contra heresim pelagianam qua totus mundus inficitur eundo post P1 85r

4–11 ex hiis videtur — moraliter post Pelagium] corollaria moralia *add. in marg.*
 P1 6 et legi eterne] *sup. lin.* P1 10 patet] peccant *add. sed del.* P1
 12–22 patet ulterius — capitulo primo] huius dona obligant ad humilitatem ostendit
 Gregorius: tanto ergo esse humilior atque ad etc. *add. in marg.* P1 24 in parte]
sup. lin. P1 sapiente — paupertates etc.] *sup. lin.* P1 27–28 patet —
 Cantuarensis] *sup. lin.* P1 30 absque speciali auxilio] *sup. lin.* P1 32 eundo
 post] *sup. lin.* P1

apparentem insistendum per Scripturam cum duabus ALTISSIODORENSIS tabulis, GREGORIO, BREDWARDIN.

Ex necessitate divini auxilii rationali creature ad recte operari quam posuit Christus, PAULUS, AUGUSTINUS, Ecclesia, non solum sequitur,
 5 ut tactum est, honores non esse appetendos, ymo sequitur appetitum honoris proprii ac commodi esse actus iniustos nisi ulterius ille honor vel commodum in Deum actu, vel || habitu referatur. Ulterius sequitur quod
 10 fuga peccati timore pene eterne et non amore iustitiae divinae iniusta est iuxta illud oderunt peccare mali formidine pene, oderunt peccare boni virtute amoris. ANSELMUS: “mallem purus etc”.

P2 138r

Ulterius quod dilectio Dei propter beneficium, vel Dei, quia beneficus creature, est iniusta illi creature. Patet in lectura CLIVINTON.

Ulterius quod operari bene propter concupiscentiam premii modo quo videtur dicere PSALMISTA: *dilexi legem tuam propter retributionem*,
 15 non est iuste operari autem velle, nisi, ut alibi declaratur retributio sit quedam iustitia.

Ex hiis omnibus patet quod multi credentes meritorie operatio iniuste et viciose operantur.

Ex hiis etiam patet quod sustinens martirium aut agens quemcumque
 20 actum quantumcumque excellentem spe adipiscendi regnum Dei ut est bonum delectabile vel commodi aut fugiendi gehennam modo conformi viciose agit.

Item sequitur quod talia quantumcumque ardua solum facta affirmatione iusti et honore divini finaliter iuste ac recte facta censenda
 25 sunt.

Ex quo ulterius patet quod cum sic velle et agere, sit nobis impossibile ex nobis, ymo solum ex Dei bonitate gratuita ad hoc gratuite specialiter nos movente ex nobis non est quod virtuose agimus.

Ex hoc ulterius patet quod si aliquis sciret Deo fore beneplacitum
 30 ut ipse eternaliter dampnaretur seu potius affligeretur, hoc utique ipse velle deberet et vellet, si sua voluntas foret mota affectione iusti et ad hoc a Deo specialiter merita.

Ex hoc ulterius patet quod cum pauci sint taliter affecti hoc unicuiusque ex propriissima propria docente sequitur quod pauci
 35 hominum sunt in via salutis dicente Salvatore *multi sunt vocati etc.*, et iterum *arta est via*.

Ex quo ulterius patet quod homines non experiti se habere

1 per scripturam] sup. lin. P1 7 actu — referatur] sup. lin. P1 9 boni] p. c. P1 12 creature¹] sup. lin. P1 24 affirmatione] Dei add. sed del. P2
 36 est] va add. sed del. P2 37 experiti] experientes a. c. P1

affectionem sic compositam et directam multum debent esse humiles et timidi erga || Deum. Et qui experiuntur huius Deo debeant regratiari et orare ne perderent et timere. Et sic nullus foret superbus, nisi qui cum superbo PELAGIO creat actum carentem circumstantia ultimi finis fore rectum.

P2 138v

Ex dictis supra ulterius patet quod perfecte affectus affectione iusti non timeret, nisi divinam offensam, penam vero nullam, ymo supposita culpa deberet illi penam debitam, sibi debere infligi stante imputabilitate, quia aliter aliquid remaneret inordinatum et iniustum. Et hoc intelligit BOETHIUS cum inquit: “peccatores melius esse cum puniuntur”.

Ex materia de necessitate divini auxilium ad bene agere sequitur necessitas increate lucis ad recte iudicare ex qua alica unum est quod data quacumque hominum viatorum multitudine excluso Christo. Sicut possibile est illam non recte vivere ac post PELAGIUM moraliter ire, ita possibile est non recte credere ac post PELAGIUM intellectualiter et speculative ire, et hoc videtur possibile per potentiam creatam et libertatem arbitrii vel dyaboli nisi fiat proventus etc.

Sed quod nulla sit multitudo recte credens non videtur possibile per potentiam creatam, nam scilicet una pars multitudinis ex libertate discrederet alia a Deo moto recte crederet, sicut oravit fieri Christus: *ego oravi pro te, Petre* etc.

Possibile tamen hoc videtur per potentiam increatam videlicet nullam esse multitudinem recte credentem, nam Deus cuicumque auxiliatur libere auxiliatur, sicut omne quod conservat libere conservat.

Nec videretur hoc inconveniens, quia Deus adhuc modo auxiliandum non est obligatus plusquam ad alia futura contingentia. Nec valet quod huius creatura destituta necessario erraret, quia sic erraverunt Tyri et Sydonii. Et maxime si in penam sequele moralis PELAGII. Hoc auxilium subtraheretur, ut habetur de illis philosophis Rom. 1: *qui cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt* etc.

Utrum omnis vadens post PELAGIUM moraliter vadat speculative et econtra quis plus errat in via Dei vel moralis vel speculativus.

Utrum plus peccet vadens, post peccet vadens utroque modo habens conscientiam erroneam etc. vel se difformans recte.

2 timidi] p. c. P1 4 superbo] sup. lin. P1 6 quod] perfectas add. sed del. P2 affectus] om. P2 10 cum²] non P2 11–17 ex materia — proventus etc.] de ecclesiam posse errare add. in marg. P1 13 viatorum] sup. lin. P1 sicut] sup. lin. P1 20 recte] p. c. P1